

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

titudinem, ipsi habendæ fuerint. Plura abs te Exemplaria non requiruntur. Bene & feliciter vale. Græcii, 25. Octobris, Anno 97.

T. quem nosci

Wilhelmus Zimmerman, D.

LXIX.

Sal. in Servatore Christo.

Magnifice D. Rector, frater & compater honorande.

A Manter oro, ut per hunc M. Kreuzerum, epistolam D. Schopperi mihi mittas, qua de sua dimissione tibi significavit. Valde enim ea opus habeo. 9. Decembris, 1597.

T. rey. dign.

studiosiss.

J. Pap. D.

LXX.

*S. D. Reverende & clarissime vir, compater
& frater carissime.*

Σοι οὐκ ἀιδι. δολα κατ' ἀμύνην ποίει. Εξήδησι τι δ' ἴσθ' ἁπὸς ἀμύνην τιδισαυ.
Singuli enim publicas & privatas calamitates & dolores multiplices, ætate jam ingravescente, sentimus, hebescunt sensus, torpent membra, præmoriuntur manus, pedes, dentes etiam & ciborum instrumenta, & tamen vitæ hoc tempus annumeratur, ut Plinii verbis utar. Cum quo, etsi incertum & fragile esse hoc munus naturæ, quodcunque datur nobis, experior, tamen malignum & breve, etiam in iis, quibus largissimè contingit, dicere nolim, ac hominis Epicurei, malignitatem DEO conditori tribuentis, blasphemiam execror. Brevem verò hanc vitam, non inerti otio, vel aliud agendo, consumptam, sed in necessarios & proprios vocationis labores rectè collocatam, satis adhuc longam & benignam judico, ut hoc postremo vitæ meæ actu, intervalis, quæ morbi subinde concesserunt, ad nostrorum temporum in Saxonia eventus